



3.
JUBILÆUM
REUCHLINI
SYMBOLICUM

In memoriam Anni MDXII.

In lucis ante geminum seculum ortæ,
humanitatis primùm fuscitatæ, veritatis sero
manifestatæ, & virtutis tandem auctæ
justum honorem,

celebratum

IN ACADEMIA JULIA


A. MDCCXII. Mense Octobri & Nov.

Resuscitatum

A. MDCCXV. mense Octobri

cum figuris

ab

HERMANNO von der  Gardt /

ACADEMIÆ IULIÆ

PRORECTORE ET PRÆPO-
SITO MARIÆB.

HELMSTADII,

Typis SALOM. SCHNORRII.

A. MDCCXV.

Ge 1271 - 6

שנת היובל

ἔνθ' ἡ ἀπολυτρώσεως

*Annus liberationis. V. Progr. De lege Moſis per
angelos.*

Es. 61, 1.

לקרא לשבוים ררור

πρὸς τὸ ἀναγορῆσαι τοῖς ἀποικιζομένοις ἐλευθέρω-
σιν,

Annunciatum captivis liberationem,

ולאסורים פקקו

καὶ τοῖς σιρρομένοις ἀνάπηξιν.

Et victis solutionem.

A. MDCCXV. d. XXIV. Octob.



is per

de pa


















S
A. M
V
per
C
lasti
lasti
A
hum
rum
A
A
geli
quit
ctus
D
ipes
ctob
La

I.
des



Spes Philologiæ & Exegeſeos

A. MDXII. In Reuchlino & Luthero, In
Apoſtoliſ ex tenebricoſo carcere
liberatiſ,

A. MDCXII. d. XV. Octobr. In Magno Juleo
conſecrato. Act. V. 17. 25.

Vetus Jeruſalem: Papatuſ, Romaniſmuſ.

Carcer: Traditio, obſcura & caliginoſa
perſuaſio.

Cuſtodeſ carceriſ, dormienteſ: Theologia Scho-
laſtica, Philoſophia Scholaſtica, Exegeſiſ Scho-
laſtica, in quibuſ ſomnia.

Nox: Ignorantia, negligentia, barbarieſ,
humanioruſ inſcitia, antiquitateſ & lingua-
rum imperitia.

Apoſtoli: Fonteſ ſacri, Scriptoreſ V. & N. T.

Angeluſ liberator: Philologia & ſincera Exe-
geſiſ, Hiſtoria ſacra, Geographia ſacra, Anti-
quitateſ genuina, ſcopuſ & conſiliuſ atque affe-
ctuſ Scriptorum Sacroruſ: Humaniora ſtudia.

Doctrina Apoſtoloruſ: Veritateſ, virtuteſ: Fideſ,
ſpeſ, caritateſ. Anno MDCCXII. Die XV. O-
ctobr. Jubilæo Primo & ſecundo.

Larguſ Philologiæ Beneficiuſ.

A. 1512. In Samarita & Reuchlino

Luc. X.

I. Latroneſ: Barbari Scholaſtici, boniſ literiſ
deſtituti, Thomuſ, Scotuſ.

A a

II.

II. Egenus: *Ecclesia*, traditionibus misere di-
tracta & sauciata.

III. Sacerdotes & Levitæ: *Commentatores*, se-
curi & negligentes.

IV. Samarita: *Philologia*, exosa & invisâ, mi-
sericors, veritati & virtuti dedita, in Reuchlino.

V. Vinum & oleum: *Veteris & N. Testamenti*
Fontes, à Reuchlino detecti.

VI. Vectura ægri per campos & sylvas: *Geo-*
graphia vetus, ad veritatem via.

VII. Diversorium: *Historia* antiqua, veritatis
praesidium.

VIII. Hospes: *Scriptores* veteres Græci, *Geo-*
graphi & *Historici*.

IX. Sumptus: *Arduum linguarum & sermonis*
studium, pro remotissimæ antiquitatis luce.

X. Sanitas: *Veritas & virtus*. A. 1712. Die 15.
Octobr. Natali Juliz.

Prima Philologiæ Fata A. MDXII.

In Jacobo Justo: *Euseb. H. E. l. 3. c. 23.*

I. **T** *Emplum Hierosolymitanum*: *Autoritas Sedis*
Romanæ.

2. *Ala templi*, seu *Consistorium Judaicum ma-*
gnum, è muro atrii *Israëliitarum* prominens: *Scho-*
lastica barbaries & *Fontium* ignorantia impe-
riosa.

3. *Jacobus Justus*, in *ala templi*, in *Consistorio* *Hie-*
rosolymitano: Jo. Reuchlinus, *Philologus*, *lin-*
guarum studia suscitans & commendans, ea-
propter exagitatus per *Pepericornum*, ortu *Ju-*
dæum, edito ad Maximilianum Cæsarem con-

tra

tere di.
res, se.
sa, mi.
cholino.
amenti
s: Geo.
eritatis
i, Geo.
ermonis
ce.
Die 15.
XII.
s Sedis
m ma.
Scho-
impe.
rio Hie-
, lin-
s, ea-
rtu Ju-
n con-
tra







trafc
4-
cipita
secu
Reu
Reu
pro
Sp
6
stun
ent
in
Fu
pec
me
ga
pi
C
R
du
es
T
in
C
C





trafer
4.
cipital
secut
Reuo
5.
Reuo
pro l
Spi
6.
sum
ense
in e
7.
Jud
pecc
mo
gari
8
pidi
Co
Re
dui
9
cum
Th
in l
O
ca
Ja
R

transcripta Hebræorum libro amarulento, A. 1510

4. *Jacobus Justus, ex ala templi vel Confistorio præcipitatus in atrium gentium: Dira Reuchlini persecutio per Pepericornum, evulgato contra Reuchlinum libro, HandSpiegel/ A. 1511.*

5. *Jacobus Justus, non extinctus, adhuc vivus: Reuchlinus respondit Pepericorno, apologiam pro linguis texens, promulgato libro, Augenspiegel/ A. 1511.*

6. *Judæi lapides prehenderunt, in Jacobum Justum involaturi: Arnoldus Tungari, & Colonienses ceteri, epistolis ad Reuchlinum graviter in eum inveciti, A. 1512.*

7. *Jacobus Justus, in genua provolutus, orare pro Judæis cepit, Deumque rogare, qui remitteret illis peccata, cum nescirent quid agerent: Reuchlinus modestissimis epistolis respondit Arnoldo Tungari & Coloniensibus, A. 1512.*

8. *Sacerdos Rechabita, dehortatus Judæos, ne lapidibus eum obruere pergerent, qui pro illis oraret: Conradus Collinus, Theologus Coloniensis, Reuchlini amicus, furentes hostes mitigare studuit, A. 1512.*

9. *Judæorum doctor, lapide Jacobum precantem eum impetu tandem petiit: Arnoldus de Tungari, Theologus Coloniensis, diro tandem scripto in Reuchlinum proruit, A. 1512, Cal. Sept.*

10. *Judæus alius, fullo, fuste in Jacobum ruit: Octwinus Gratus, Orat. & Poët. Prof. Col. carmine rudi Reuchlinum feriit, A. 1512.*

11. *Judæus alius, porro lapidem humo sustulit: F. Jacobus Magdalius, Col. frigidò carmine Reuchlinum torfit, A. 1512.*

12. *Rabbi, in umbra, stans, cum acuta barba, saxum dextra tenet*: Jacobus Hochstratus, Theologus Col. ord. Prædic. inquisitor hæreticæ pravitatis, hostis Reuchlini acerbissimus, illius vitæ imminuit, A. 1512.

13. *Judæus, in umbra, pronus, utrâque manu saxa humo tollit*: Pepericornus, Colonienſis, Judæus baptizatus, Reuchlini obtreçtator virulentus, A. 1512.

14. *Magnus sacerdos, cum perspicillio in naso, eminus totam tragœdiam intuitus*: Episcopus Augustanus, commissarius in causa Reuchlini, qui scripta Pepericorni contra Reuchlinum, *Sand Spiegel* / & Reuchlini contra Pepericornum, *Augen Spiegel* / A. 1511. edita, inspexit, pugnae connivens, tacitus, A. 1512.

15. *Christianus, ætatis florentis, frontis serena, aperto capite, Jacobi Justi sermonibus ad constantiam cum multis aliis animatus*: Lutherus, Reuchlini & linguarum studio impense favens, jurata fide, in publica panegyri fontium sacrorum studium indefessum sponndit Wittebergæ, in Promotione doctorali, d. 19. Octobr. A. 1512.

16. *Judæi barbati, Christianum illum ceterosque bonos, præ tragœdia odio ab iis abiturientes, apprehenderunt, eos deterrituri à constantia & in Jacobum affectu*: Colonienſium acerba scripta, publica & privata, in Reuchlinum, Luthero & bonis vano fuere terrori, A. 1512.

17. *Duo viri, spectatores, mirati Jacobi tragœdiam, & Christiani illius constantiam, odia in Reuchlinum execrati*: Ulricus ab Hutten, Eques Francus

N. V. ad p. 7.



, fac
theo-
tica
llius

saxa
aus
tus,

fo, ca
Au-
qui
and
um,
gnæ


, an
iam
ino
a fi-
stu-
a in

sque
pre-
aco-
bli-
onis

edi-
ch-
an-
cus











cus,
tes,
Ju B
Sol
in
I.
II
tum
II
cont
IV
Vol
V
pot
V
tiqu
V
mer
V
I
X
A.M
Ph
E
G



cus,
tes, &

Ju B I

Soli

in E

P

I.

II.

tum

III.

cont

IV

Volu

V.

poter

VI

tiqui

VII

ment

V

IX

X

A.M.D.

Phi

R.

G

☉ 170 ☉

cus, & Erasmus Roterodamus, linguis faventes, A. 1512. A. MDCCXII. die XIX. Octobr. JUBILÆO SECUNDO.

Solidum Exegeteos Studium A. 1512.
in Reuchlino & Luthero. In Anastasio,
Presbytero & Bibliothecario Romano.

- I. *Museum bipertitum*: Ecclesia & respublica.
 - II. *Columna media cum effigie Christi*: Juramentum Lutheri in Scripturam A. 1512. 19. Octobr.
 - III. *Tabula in pariete*: Propositiones Lutheri contra indulgentias, A. 1517. d. 31. Octobr.
 - IV. *Bibliotheca in tenebris*: Scholasticorum Volumina & Commentarii.
 - V. *Claves in valvis Bibliotheca*: Traditionis potestas.
 - VI. *Senex ad mensam*: Exegetis, longum antiquissima monumenta legendi studium.
 - VII. *Volumina in manibus senis*: V. & N. Testamenti Fontes, Hebræi & Græci.
 - VIII. *Mapa in mensa*: Geographia antiqua.
 - IX. *Fomes sub pedibus senis*: Historia prisca.
 - X. *Lumen aeris*: Veritas & virtus.
- A. MDCCXII. d. XIX. Octobr. JUBILÆO SECUNDO.
-

Philologiæ & Exegeteos Fragrantia,
A. 1512. Ex Aurea Reuchlini Ara.

REUCHLINUS, *Rud. Hebr. lib. 3. fol. 548, Phor.*
A. 1506.

Gravius insurgent, credo, invidi contra Dictionarium nostram, in quo multorum frequenter

ter interpretationes taxantur. *Proh scelus! exclamabunt, nihil indignius patrum memoriâ, nihil admissum crudelius, cum ille homo audacissimus tot & tam sanctos viros divino spiritu afflato labefactura contendat. Hieronymi beatissimi scriptura, [versio] Gelasio Papa teste, recepta est in Ecclesia. Venerabilis pater, Nicolaus de Lyra, ordinarius expositor Bibliæ, omnibus Christi fidelibus vir integerrimus probatur. Jam jam exortus est aliquis FUMALUS, qui plurimis in locis illos imperite transtulisse notet. Quorum imminentibus clamoribus hæc pauca respondeo: Mihi licere, quod eisdem illustri-
 simis luminibus licuit, Hieronymus, vir sanctus, LXX carpit interpretes, non semel, bis terve, sed sapissime numero. Nunc, illos errasse dicit errore perspicuo; nunc deceptos ignorantia; tum discordare à veritate hebraica; tum falsatos similitudine literarum; tum consulto aliqua celasse ac omisisse, ne sacra panderent mysteria. Quos tamen Ptolomeus Alexandria rex divinam credidit virtute transtulisse, & ut Justinus Philosophus atque martyr, in suo de illis paranetico scribit, ὡς θεοφιλεῖς ἀνδράς διέγνω. Nicolaus item de Lyra divum Hieronymum in translatione sua ostendit reprehensibilem, cum alias multis in locis, tum in Psalmo, secundum Ecclesie nostræ supputationem, 47. qui incipit Magnus dominus: ubi ejus in fine sic ait: Hieronymus tamen minus bene videtur dicere, quia in omnibus Bibliis hebraicis, quas vidi, Almuth hic est una dictio non vero duæ. Vide, quomodo accusat beatissimum virum erroris atque negligentia, Ipsemet verò Nicolaus ut aequalem mensura-*

ram pateretur, simile à reverendo Burgenſi Epifcopo frequentibus cum notis invito etiam nescio quo fra- tre Doringo ferre coactus est. Sed quid pluribus erit opus? Ille idem Divus Hieronymus in transla- tione sua seipſum errasse fateatur, in Commentari- is super Esaiam, capite undevigesimo, ubi sic ait: Melius reor proprium errorem reprehendere, quam dum erubescio imperitiam confiteri, in errore persistere, in eo quod transtuli: Et erit ter- ra Juda Aegypto in festivitatem. Possem alioquin plures proferre versiculos, & quod cujusdam vocabuli significatum usque hodie se ignorare, non verecundia auerit, in Jer. c. 6. Et quod Apostolum notaverit, imperitum artis grammaticæ, in Epistola ad Hedi- bium, quest. antep. Et, quod scripserit, eundem A- postolum Psalmorum versibus aliter esse usum, quam in hebræo habeantur; ut in Comm. suis super Ps. 13. Cur igitur in iis, quæ ad interpretandi modum artemque grammaticam, & ad veritatem idio- matis spectant, me quoque non deceret in lu- cem producere, quid cum doctissimis hebræo- rum sentirem? Quippe ad quos, etiam eodem Hie- ronymo teste, confugiendum est quoties in V. T. contro- versa movetur. Quanquam enim Hieronymum sanctum veneror ut angelum, & Lynam colo ut magistrum, tamen adoro veritatem ut Deum.

REUCHL. Epist. ad Contr. Kollinum, Theol. Co- lon. Accederent Poeta & Historici quorum hoc tem- pore magna copia vivit, qui me præceptorem quon- dam suum, ut par est, venerantur, qui tantam ini- quitatem adverſariorum perpetua traderent memo- ria, cum æterna gymnasi Vestri ignominia. Lege Mi-

noen Platonis & invenies verum me dicere. Igitur
 noli esse justus nimis, ne dum cœlum intuearis, cer-
 ram amittas. Thales Milesius cœlum adspexit, &
 in foveam cecidit. Filii Israël Sabbathum Dei custo-
 dierunt, & bello perierunt. Habet justitia gradus
 suos. Hunc versiculum puer didici: Glimpfius
 est pluris, quàm tota scientia juris. Vale feliciter,
 ad pacem pronior quàm ad superbas contentiones,
 quarum autores multis sepe innocentibus sunt cadis
 occasio. Stutgardia V. Id. Martias, A. M. D. XII

I. Suffla, Sancte Deus! Rutilent carbonibus
 ignes!

Thuraq; fac fragrent! Gaudia justa fove!
 Vota serena! Fave!

II. Zerbrich das Joch der schweren Finsterniß!
 Gib Licht, so lebt sich leicht und süß!

Zerschweiß die Stein darinn kein Born Genuss!
 Zerreis die kahlen Kaupen. Bis!

III. Aurea quæ fumat rutilis carbonibus Ara
 Reuchlino fulsit. Fulgeat illa diu!
 Fulgeat illa Deo!

IV. Fumantemque Scholam, fumos quæ ven-
 dere docta,

Fumulus ex ara dispulit igne sacro.

V. Dispulit Ægypti crassas tetrasque tenebras
 Ignis, & hic fumans, Ara, columna sacra:
 Nocte dieque means,
 Nocte dieque micans.

A. MDCCXII. Die XXXI. Octob. & 1. 3. 4. 7. 8.
 Nov. JUBILÆO SECUNDO.

Philo-

Igitur
s, ter-
xit, &
i custo-
gradus
ppius
liciter
tiones,
e cedis
D. XII
nibus

ove!
Fave!

uſ!


Ara

co!
ven.

ebraſ
acra:
ans,
ans.
7.8.

ilo-







Ph
fidi
J
v
kin
moc
pre
cho
pra
v
per
v
fidi
xv.
tie
& I
vi
no
ter
lio
v
nis
Sch
Ec
Co
lut
log
sp
m





Phil
fidiu

Juc

v.2

in, a

moch

prem

chor

præc

v.

perst

v.

fider

xv. &

tienf

& La

vi or

no o

teran

lio P

v.

nis p

Scho

Eccl

Con

lutar

v.

logia

spes

men

Philologia unicum Theologiæ præ-
sidium, A. 1512. In Reuchlino & Luthero.

Judic. Cap. IV, In Debora & Baraco.

Jud. IV, 1. *Israël: Respublica Christiana.*

v. 2. *Fabin, Rex Trachonitarum in urbe Chora-
zin, ad Jordanis fluentia superiora, inter lectum Sa-
mochonitidis & Genesareth, Israeli imperans: Su-
prema Scholasticorum barbaries, in Ecclesiæ
choro regnans, quæ Scripturam V. & N. T.
Prætexeret.*

v. 2. *Sisera, dux belli barbari in Israelitas: Su-
perstitio immanis, Ecclesiam premens.*

v. 3. *Clamor & preces Israelitarum ad Deum: De-
siderium Reformationis publicum, seculo xiv.
xv. & xvi. in conciliis, Pisano primo, Constan-
tienti, Basileensi, & Pisano secundo A. MDXII. ut
& Lateranensi A. MDXII. Pulcrâ imprimis & gra-
vi oratione Ægidii Viterbiensis, in Augustinia-
no ordine Generalis, habitâ Romæ in æde La-
teranensi, in prima Concilii Sessione, coram Ju-
lio Pontifice, V. Non. Maj. MDXII.*

v. 3. *Nongenti currus militares Sisera, qui 20. an-
nis presserat Israelem: Traditiones innumeræ
Scholasticorum, tricis & spinis munitæ, quibus
Ecclesia obruta: Julii Pontificis machinæ in
Concilio Lateranensi, contra Pisani concilii sa-
lutaria studia A. MDXII.*

v. 4. 5. *Debora, prophetissa, judex Israelis: Philo-
logia, Scripturæ interpres, veritatis in Ecclesia
spes, in Reuchlino, qui Linguas Ecclesiæ com-
mendabat. A. MDXII.*

v. 6. 7. *Barak, Dux Israëlitarum*: Theologus, in Luthero, vocato ad Scripturæ studium, in Ecclésiæ salutem, A. MDXII. d. 19. Octobr.

v. 8. *Sine Debora nulla victoria spes apud Baracum*: Sine Philologia, usu & fructu destituta Theologia.

v. 9. *Victoria honos non Baraci sed femina*: Agnita tandem & asserta veritas, non Theologiæ sed humanioribus studiis tribuenda.

v. 10. *Debora comes Baraci in expeditione*: Philologia certissimum Theologiæ præsidium in veritate asserenda aut vindicanda: Reuchlini & Lutheri operæ conjunctæ, A. 1512.

v. 11. *Tentorium Kenai, Jabino confœderati, ex familia soceri Moysi; in belli finibus, in Galilæa*: Antiquitas, veritatis principium, quod admitteret externa specie & prætexeret superstitio, consensu communi.

v. 12. 13. *Sisera bellum movit in Israelitas*: Superstitio arma dedit Coloniensibus Theologis contra Reuchlinum, qui veritatem Christianam ex primis expectabat fontibus, A. 1512.

v. 14. *Debora excitavit Baracum ad pugnam cum Sisera*: Philologia, Scripturæ studio movit Lutherum ad superstitionem detegendam atque averruncandam, A. 1512.

v. 15. 16. *Barak adortus tandem Siseram, hujus exercitum fudit, ut fugeret*: Lutherus superstitionem tandem aggressus, Propositionibus contra indulgentias promulgatis. A. 1517.

v. 17. *Sisera fugit in tentorium Kenai*: Superstitio in Tezelio fugit ad Wimpinam, Theologum

gum Francofurtensem, qui communis consensus & antiquitatis prætextu indulgentias protegeret, A. 1518.

v. 18.19.20. *Fael, uxor Kenai, Siferam excepit, lacte potavit & stragulâ texit, somno sopitum: Humaniora studia, antiquitatis, à Scholasticis tantopere jactatæ, anima, visa primum favere superstitioni securæ, traditionis dulcedine laudata, & autoritatis pallio commendato, Wimpinæ arte,*

v. 21. *Fael mox paxillum è tentorio arripuit, & malleum prehendit: Humanitatis disciplina elegantiorumve literarum integritas vigilavit, penetrantia geographiæ & Historiæ veteris subsidia ex profunda antiquitate subministravit, pro superstitione debellanda,*

v. 21. *Fael paxillo terebravit tempora Sifera, ut expiraret: Humanior doctrina & bonorum autorum studium Geographiæ & historiæ antiquæ adjumenta adhibuit, ad superstitionem vulgatam detegendam, avertendam & abolendam.*

v. 21. *Victoria, cade Sifera per feminam Faelem parata: Veritas, superstitione fusâ, studiis humanioribus parta.*

v. 22. *Fael Baraco monstravit Siferam paxillo casum: Studiorum elegantia, veritatis & virtutis arbitrium, monstravit Luthero & Theologia, bonarum literarum præsidio, geographiæ & historiæ veteris ope, immanem superstitionem Scholasticorum everti & pessundari.*

v. 23, 24. *Rex Trachonitarum Jabin divina tunc
 inbaclus manu, donec periret: Barbaries Schola-
 sticorum ita imminuta sensim sensimque, debi-
 litata, enervata, & Dei gratiâ tandem fracta.*

Jud. V, 1. *Deborah & barak cecinerunt epinicia:*
 Philologia & Theologia agnovere Dei provi-
 dentiam & copiosum veritatis & virtutis fru-
 ctum, Reformationis usu. A MDCCXII. Di. X.
 Novembr. Natali Lutheri. ער שקמתי רבורה
 שקמתי אה בישרא

Experientia Philologiæ A. MDXII.
 Incrementa doctrinæ Reuchlini, ad
 Fontes usque primos.

*HIERONYMUS. Hebræo simul & Graeco, La-
 tioque venustus Eloquentio, morum exemplar, man-
 dique magister.*

1. *Socci: Stylus dicendi quæsitus, comicus,
 scrupulosam peregrinitatem sermonis obsoleti
 affectans, indeque obscurus, non nisi ad osten-
 tationem compositus; cothurni. Quid gen^o di-
 cendi scribendiq; in juventute sectatus Reuch-
 linus, pro genio seculi, eloquentiæ fucum, or-
 natum calamistratum, à vera Ciceroniana in-
 tegritate alienum. Quos cothurnos, oratio-
 nemque fucatam, adultior fugit Reuchlinus,
 puritate atque vero styli candore usus. Phi-
 lologia decus amat, non fucum; candorem,
 non pigmenta: Intelligere docet, & intelligi
 vult: Usitato sed puro ore gaudet.*

2. *Castellus, fessus, decumbens: Argutiæ Sophi-
 sta.*

a tunc
chola-
debi-
sta.
inicia:
provi-
fru-
Die X.
XII.
ad
La-
m.
icus,
oleti
sten-
di-
uch-
or-
a in-
atio-
nus,
Phi-
em,
lligi
phi-
sta.









Starum
ad vir
sua a
Reuch
poner
bitens
bens.
sam f
3.
& rob
celle
qvæ e
mine
dicit.
4.
anim
Font
tem p
5.
stolo
bus s
Græc
utriu
prod
nos.
6.
quoa
gia s
7.
phil
redic
8.



starum, pro contradicendi & pugnandi studio, ad vires vsque fractas. Quod Scholasticorum suæ ætatis subtile & acre artificium excoluit Reuchlinus juvenis, omnem spem in victoria ponens ex lite. Cum annis sapuit rectius, pœnitens, sobriæ philosophicæ sapientiæ incumbens. Philologia virum bonum facit, captiosum fugit.

3. *Leo, dormiscens*: Jurisprudentia, cujus vim & robur in foro exercuit Reuchlinus, Ictus excellens. Donec inquietudinis illius pertæsus, quæ exitum plerumque ambiguum aut tristem minetur versatissimis, fori tumultum vitare didicit. Philologia animum poscit præsentem.

4. *Volumina*: Codices sacri, V. & N. T. Ad animi quietem acquirendam Reuchlinus ad Fontes sacros se convertit. Philologia mentem pacat.

5. *Culcitra in scammis*: Prophetarum & Apostolorum sedes: Fundamenta linguarum, quibus sacri Scriptores innituntur. Reuchlinus Græcam & Hebraicam linguam perdidicit, & utriusque grammaticam conscripsit ac edidit, prodigio inter Christianos, inprimis Germanos. Philologia scrutatur Fontes.

6. *Cranium*: Antiquitatis cura Philologo, quoad mores & doctrinam veterum. Philologia solidam quærit doctrinam.

7. *Clepsydra*: Historia & temporum fata, philologiæ negotium perpetuum, continuo rediens. Philologia callet historiam.

8. *Pileus*: Liberum Philologi judicium, pro veri.

veritate. Philologia iudicat sine fascino.

9. *Cucumis major, à laqueari pendens*: Fructus studii philologici abundantissimus, quem Reuchlinus impetravit & publicæ rei impertivit. Philologia spectat usum.

10. *Aqua destillate*: Vitæ conservandæ aut restituendæ vis in Philologia, saluberrima Ecclesiæ medicina. Philologia virtutis exercitium.

11. *Apparatus supellectilis pro munditia*: Puritas & mundities, oris & mentis, Philologiæ habitus & cultus. Philologia mundat.

12. *Senex ad mensam, scribens, præ sente effigie Christi in cruce*: Veritatem sectata Philologia, in Fontium interpretatione, inter tot odia imperitorum, longâ Reuchlini experientia. Philologia odiis non frangitur.

Anno MDXII, edidit Reuchlinus Septem Psalmos Pœnitentiales hebraicos, cum sua versione & commentariolo, præmissa hac Epistola de suis studiis memorabilibus: *Johannes Reuchlin Jacobo Lempo, Theologia atque Juris Doctori egregio S. P. D.*

Memini, sæpe recolens, olim me puero, Lempe doctorum doctissime, nulla realia oblectari magis atque frequentius quam sermonum exquisitis floribus & inconsuetis vocabulis, cum veteratoria dicendi ratione, propterea quod putabam recte loqui esse inusitate loqui. Quam mihi voluptatem protinus adimebat tum paulo plus roborata ætas. In qua cum dialecticorum labyrinthi & argutiarum techne verborumque in-

volum.

volucra maxime omnium placuissent, abjecta elegantiarum svavitate vehementer studii media dissertationum invenire, ac nunc veris nunc sophisticis argumentationibus quocunque tandem loquendi more vel solæco vel barbaro contradicentes superare. Nullus tunc querebatur eloquentia decor, nihil delectabat nisi sola victoria, Hinc palestræ scholam, & Pancratii campos, & certaminum theatra, & stadia cursum, & lacertorum vires omnes, & quicquid vincere valet, ad unum hoc disputandi artificium conferebam. Hoc dies cogitabam, hoc noctes somniabam, certissima mihi salus reposita esse videbatur in logicis tendiculis & syllogismorum mixtionibus. Post autem quam excessissem ex ephebis, videremque aperte, mihi nullum inde operæ precium fore, simulque, quod vitio nobis verterent sapientes, sermone multis annis jam desito (quasi cum matre Evandri loquendum esset) antiquari, sed potius pro Favorini Philosophi monitis statuissent, vivendum esse moribus præteritis, & loquendum verbis præsentibus: Cœpi quotidianis consuefcere, non valde ornatis quidem, sed tamen non abjectis. Hoc autem etiam non parum cogitavi mecum ipse, haud ab re neque vane Romanos, omnium gentium dominos & summa prudentia famigeratos, ad illud instituti motos venisse, ut jam tertio Rhetores & Philosophistas publico edicto expellerent. Nam bis Româ civitate, consulibus primum, deinde Censoribus, postremum Domitiano imperan-

te, non solum urbe, verum etiam totâ Italia
 senatus consulto ejeti sunt. Cum igitur hæ
 artes a bonis non bonæ latâ sententiâ judica-
 rentur, & non a paganis solum infidelibus, sed
 etiam militibus Christianis, qui Rhetoricam
 non oblique nominaverunt τὴν περὶ ψεύδεων
 τέχνην, id est, mentiendi artem, ut Basilius il-
 le magnus, & dialecticam loquacitatem ciny-
 phes & ranas ægyptiacas, ut Hieronymus &
 eis οὐδὲν χεῖρισμον φερέουσας λογομαχίας, id est, ad
 nihilum utile ferentes rationum pugnas, ut
 Gregorius Nazianzenus, quas idem aliquando
 vocat γλωσσομαχίας & quandoque μικρολόγοι
 σοφίαν id est, linguæ bellum & minutæ ratio-
 nis sapientiam: Tum me transtuli ad severiora
 studia, cum jam displicere incipiebat fucus
 verborum & aranearum tela, muscis pedica,
 vespis pervia. Dici non potest facile, gravi-
 tatem verborum & sententiarum, apud juris-
 consultos lectam, quanta cum animi alacritate
 tunc amplexatus sim, junctis etiam Pontifi-
 ciiis canonibus. Talia enim studia tam splen-
 dida & tam utilia putabam optime ad virilem
 togam depositâ prætextâ pertinere. Qua me
 re conjeci in servilem conditionem, & repulsa
 vivendi libertate immiscui me infinitis homi-
 num & jurgiorum quæstionibus, atq; demum
 reipublicæ curis & sollicitudinibus, quæ non
 tantum lassato somnos adimunt, sed etiam vi-
 gilanti & recte agenti robur mentis debili-
 tant & corporis nervos, ubi nulla quies, nulla
 tranquillitas. Unde mihi crebro venit in
 men-

men-
 nos
 set n
 Rha
 acqu
 fite
 Qua
 corp
 rum
 nato
 most
 ctus
 patro
 fugu
 Græ
 sultu
 pote
 Mari
 quan
 filli.
 tur.
 Nilu
 jugu
 ro ca
 Quir
 minu
 prop
 quæ
 ro, v
 cet l
 talia
 pura

mentem, ut sentirem, prius illos & majores nostros Minoi jurisperitissimo, quippe qui esset novem annos ab ipso Jove eruditus, & illi Rhadamanto, etiam Platone teste viris optimis atque sinceris, justitiæ jurique deditis, haud ficte sed vere apud inferos locum dedisse. Quando namque tranquillitas menti & pax corpori deest, quid aliud est? si non inferorum & tartari pœna est. Taceo sæpe infortunos ejusmodi quoque hominum exitus. Demosthenes post clara reipub. negotia, extractus Neptuni Asylo, quo confugerat, ab Antipatro interficitur. Themistocles similiter profugus seipsum interimit. Sed nobis quid jam de Græcis? Latinos recordabor. Quid Cicero consultus juris? Non Antonii gladios effugere poterat. Sulpitius a Sylla occiditur, a quo & Marius prætor misere obruncatur. Nec unquam sanguine caudidici maduerunt rostra puilli. Scipio domesticorum manibus suffocatur. Regulum hostes necant. Pompejus ad Nilum transfoditur. Julius Cæsar in senatu jugulatur. Cato ipse sibi homicida fit, & Nero caput orbis, & quorum me nunc piget. Quin cum satyra libet exclamare: O curas hominum, o quantum est in rebus inane. Quapropter ut mihi pacem optatam quærerem, quæ absque Christo, vel tunc patribus venturo, vel nunc, qui nobis pridem novissima scilicet hora venerit, contingere potest nemini, talia meditatus ego interdum, *ad sacram scripturam divertit*, quæ tota Christi est; Sive ea

fit in vetere instrumento Hebraicis literis, seu in novogræcis conscripta. Et illius ergo, Romanorum loquendi morem prius adeptus, denuo utramque linguam didici, & græcam & hebraicam, ut sanctissima oracula & eorum Hierophantas interiorius capere possem. In hoc enim conquiescit vere pacatus hominis animus, & *μόνον μαθῶν ἀλλὰ καὶ παθῶν* ἡ θεῶν, ut ait Dionysius de divinis nominibus, id est, non solum dicendo verum etiam patiendo divina. Durum autem post eas disciplinas & agreste nimis iudicabam amicis negare humanitatis officia, sæpe multumque & coram & per epistolas nunciosque a me petentibus, ut eis, moleste admodum & ut ajunt intolerabiliter ignorantibus, aliis quidem græca divulgarem, aliis autem hebraica. Quare pio amore ductus cum antea docuissem multos in græcis literis, & per grammaticam artem, cui titulum inscripsi *Micropædia*, dolavissem quicquid potui. Novissime, ad decorem & splendorem sacratissimæ theologiæ & theologorum virorum utilitatem, ipse ego totam linguam hebraicam prius omnium literis, in dictionibus, & regulis collectivè, legibus mancipavi latinis. Cujus exercitii discipulos nonnullos nulla tamen mercede sed gratuito feci participes, partim gratos, qui præceptoris suo debitum honorem perquam reverenter exhibent, partim vero, ut acerbe audio, supremè ingratos, quibus Deum iudicem propono, & nisi respuerint, vindicem opto. Sed tale aliquid profecto novum mihi videri non debet, quasi cæteris antea inauditum, Nam unius auditorii Socratem

falso

falso
pho
lecta
quo
la Ju
vita
com
meu
omn
abu
brai
pre
ram
par
rum
lige
pen
vol
guâ
fide
Sor
cun
ra.
Au
Ital
run
bis
me
nic
dic
inc
ad

falso accusavit Lycon, defendit vero Xenophon. Unius academix Speusippus Platonis lector mansit, Aristoteles abiit defector. Et quod nobis clarius fulget in oculos, unius scholæ Judas tradidit Salvatorem, Joannes ad finem vitæ dilectum amavit. Ita si liceat minutissima comparare summis atque maximis, *studium ego meum in bonos quoque malignosque distribui*. Utque omnibus promptum esset omnium meorum abundare copia & facilitate, *feci Rudimenta hebraica lingua*, quæ multo sudore & algu prece premio & precio per longa tempora corraseram, haud sine incredibili diligentia & ære non parvo *publicitus imprimi*. *Qui liber Rudimentorum meorum* cum fere integrum hebraice intelligendi artificium contineat, non potest repente tanto usui esse, nisi & adhibeantur aliqua volumina Bibliorum, quæ quidem ipsa tota linguâ constant. Sperabamus autem indubitata fide multa ad nos ex Italia Biblia hebraica, Soncini Pisaurive aut aliis in locis impressa, cum cæteris judæorum libris quotidie ventura. Quæ cum obsistente grandi bello, quod Augustus Imperator Maximilianus jam diu in Italia feliciter gerit, emporio nostro non afferuntur, *tentanda nihilominus via est, ne nos ipsi nobis deesse videamur*: In quo fateor tarditatem meam discendi cupidis onerosam. Dudum enim aliquid præterea hebraicæ doctrinæ studiosi quo se juvarent edidissim certe, si non indies audivissim, brevi futurum esse quippiam admiratione & omnium lectione dignum,

quod nescio qui Peperiphrones cum suo Pepericorno, Judæo illo baptizato, calumniatore meo, ex profundissimis scientiarum suarum thesauris proferre, tornare, & ad incudem redere pollicerentur, quo nobis montes parturire suspicandum fuit. Ego vero jam quintum annum supra cum Isaia expectavi, ut facerent uvas, & fecerunt labruscas: Et labruscis acerbiores, scilicet libros diffamatorios. Atque aliud nihil, quod vir bonus laudare quidem posset, si quam maxime vellet. Ut igitur institutio mea in *Rudimentis hebraicis multo ante impressis* habeat materiam, circa quam versetur ceu architectus circa ædificia, *pssthabitis adversariis*, expolui jam omnibus in hebraica scriptura erudiendis *septem Psalmos pœnitentiales, totius viribus ediscendos*, Stutgardia Kalendis Sextilibus Anno MDXII. A. MDCCXII, d. XI. Nov. Baptismo Lutheri, die Martini. JUBILÆO REUHLINI & LUTHERI SECUNDO.

Arma Philologiæ & Exegeteos invicta. A. MDXII.

Insignia Reuchlini, ab A. 1492. Cæsaris Friderici gratiâ: Et Annulus Doctoralis Lutheri, Electoris Friderici munificentia, A. MDXII. d. 19. Octobr. Qui in Rudolpheæ nostræ Bibliothecæ thesauro, æternum serenioris facti monumentum.

1. REUHLINI *scutum*: Veritatis præsidium.
2. Inscuro *Ara Sanctuarii*, Exod. 30. Philologiæ humanæ.

Nu



Pepe
aiatore
uarum
m red-
arturi-
intum
cerent
acer-
Atque
uidem
r infi-
nte im-
rsetur
adver-
a scri-
ales, to-
is Sex-
Nov.
LÆO
D.

s in-

Fride-
eri, E-
XII. d.
Biblio-
a-

dium-
logia-
uma-



*Insignia Reuchlini, Caesaris Friderici
gratiâ Comitis Palatini et Nobilis,
Lentiae A. 1492.*

17. 11. 1874



1591. IIII. m. 17.



hum
in co
3.
cum
bis,
4
imp
ptæ
5.
preti
cis,
ris &
sterc
gran
ligan
6.
Poë
deco
7.
Apt
rum
sta
scrip
8.
Her
nivi
tior
fitus
Strin
9.
lo, R
lem



humaniora studia, quæ virtutem & veritatem
in cœlum extollunt.

3. *Aurum ara*: Philologiæ vis & præstantia,
cum sermonis dignitate totus conservetur or-
bis, forum, civitas, incolumitas & flos regni.

4. *Carbores candentes, in foculo aut thuribulo ara
impusito*: Historia, res gestæ luculenter descri-
ptæ ut oculos percillant lectorum.

5. *Fumus fragrans ex carbonibus, injecto thure &
pretioso aromate*: Fama rerum gestarum prædul-
cis, per orbem sparsa, ad alios propagata, lite-
ris & monumentis. In qua fama est apud po-
steros *grata memoria virtutis majorum*, ut ex fra-
grante carbonum fumulo priscos rutilos col-
ligant carcones, virtuosas veterum res gestas.

6. *Tergemina casta & aurea circa aram venia*:
Poësis, apta sermonis vincula, ligatæ orationis
decor & elegantia,

7. *Manubrium ara geminum, ut portari queat*:
Aptitudo Philologiæ & humaniorum litera-
rum, quæ omni loco, ad omnia fata, omnia fa-
cta digna illustranda apta nata: Carmina &
scripta nitida in omnem ferenda orbem.

8. *Epigraphe, Ara Capnionis*: Elegantissimi
Hermolai affectu, qui Græco caractere insig-
navit restauratorem Græcæ omni que elegan-
tioris litereturæ: Reuchlinus est Ara sacra suf-
ficus fragrantissimi, à quo omnis suavior do-
ctrina suscitata.

9. *Galca Torneatorum: Turnierhelm: Symbo-
lo, Reuchlinum à Casare Friderico III. creatum nobi-
lem: Pugna generosa* Philologiæ cum omni do-
ctri-

Erinæ fucō, fraude, & ementitis traditionibus.

10. *Frondeſalauri corona, qua galeam undiquaq; ambit & regit: Symbolum dignitatis à Cæſare in ſilum collata, in honorem florentiſſimæ doctrine poeticæ: veterum græcorum & Romanorum exemplo: Humaniorum literarum gloria inſolabilis & immarceſſibilis.*

11. *Tenia triplex caſia & aurea ſupra galeam, qua frondes lauri galea circumligari: Symbolum alterius dignitatis Reuchlini, qui Sueviæ triumphans Poëſeos omniſque antiquitatis dignoſcendæ anima & vita, tribus comprehenſa nervis; Linguis, Hiſtoriâ & Geographiâ, quibus omnes veteres autores indiſſolubili nexu devincti, ſine quibus Exegeſis nulla.*

12. *Molendini rota, galea ſaſtigio infixæ: Symbolum ſupremi honoris, à Cæſare Frid. III. collati, a quo diplomate Cæſareo dictus Reuchlinus Sacri Laranenſis Palatii & Aulæ atque Conſiſtorii Imperialis Comes, ſive Sicambrorum Legis tacitus, aut Silentarius vel conſiliarius; Pro omine Sicambrorum nominis & καμπήρ & mete in mola: ut ſunt in mola $\omega\epsilon\lambda\epsilon\chi\alpha\lambda\omega$ & καμπήρ, חרם & רכב, catillus & meta: Quibus adest molendini rota, καμπήρ & $\tau\epsilon\acute{o}\chi\alpha\lambda\omega$, Kamp Rad.*

1. LUTHERI ſcutum, in Annulo doctorali: Veræ exegeſeos & virtutis propugnaculum & munimentum.

2. *Tres articuli catenula, concinne implicati, in ſcuto: Symbolum nominis Luder, quo primum uſus*

cioni-

quaq;
in il-
etica:
uma-
mar-

, qua
alte-
nvir:
endæ
Lin-
s ve-
fine

ym-
col-
chli-
Con-
rum

ius;
Ⓟ
&
ibus
lou,

Ve-
&

, in
um
fus




JOHANNES REUCHLINUS, *Ætatis suæ*
57. Anno Christi 1512.



N. N.

JOHANNES REUCHLIN
de S. R. C.



N. IX. ad p. 24.





usu
Lu
Le
ftia
C
ni,
7
phi
MD
—
V
Ap
Ph
C
Pri
Ver
R
illis
Pra
Au
Eri
Sco
blis
rian
fis.
M
lin,
tul



usus: Ἀρθρον, articulus, Glied/Glet/Lid/Let/
Lud/Luth: Ἀρθρα, articuli, Glieder/Lieder/
Leder/Ludet/Luther. Omnis doctrinae Chri-
stianae robur tres articuli, Fides, Spes, Caritas.

Omne trinum perfectum. *Tres tania Reuchli-
ni, & tres articuli Lutheri.*

Tania tergemina haud divellitur: Arma trium-
phi! *Tergeminus* magnis articulusque viris. A.
MDCCXII. Die 14. Nov.

Veritatis Nuncius. A. 1512 REUCH-
LINI Senis frons aperta.

Apud Joh. Hen. Majum, in Vita Joh. Reuchlini,
Phorcensis, primi in Germania Hebraicarum,
Græcarum & aliarum bonarum literarum
instauratoris.

Primus *Reuchlinus*, quo Porta Harcinia Fontes
Veri monstravit: Barbariesque dolet.

R Euchlinus Lutherum & Philippum de sa-
niori doctrina commonefecit, viamque
illis paravit: Unde Reuchlinum vocarunt suum
Præceptorem. Philippus apud Manlium p. 75.
*Audivi adolescens Stoeslerum & Capnionem de do-
ctrina nostra disputantes: Et dixerunt ad quendam
Scotisticum doctorem: Cum nos legimus in nostris Bi-
bliis, invenimus longe aliam Theologiam ac senten-
tiam de Justificatione, quam Vos in vestris Glos-
sis.*

Martin. Luther, Augustinensis. Joanni Reuch-
lin, Phorcensi. Dominus tecum, vir fortissime! Gra-
tularor misericordia Dei qua in te est, vir & eruditissi-

me & humanissime, quâ tandem prevaluisti obstruere os loquentium iniqua. Fuiſti tu ſane organum conſilii divini, ſicut tibi ipſi incognitum, ita omnibus puræ theologiæ ſtudioſis expectatiſſimum: Adeo longe alia fiebant à Deo, & videbantur geri per vos. Erâ ego unus eorum, qui tecum eſſe cupiebant, ſed nulla dabatur occaſio. Eram tamen oratione & voto tibi ſemper præſentiſſimus. Sed quod tunc negatum eſt ſocio, nunc cumulatiffime tributum eſt ſucceſſori. Invadunt dentes iſtius Behemoth me, ſi quo modo ſarcire queant ignominiam, quam retulerant ex te: occurro & ego ipſis, longe quidem minoribus ingenii & eruditionis viribus, quam tu occuſiſti, & proſtraviſti, ſed non minore animi fiducia. Congredi mihi detrectant, reſpondere recuſant, ſed mera vi & violentia viam in me aſſectant. Vivit verò Chriſtus & ego perdere nihil poſſum quia nihil habeo. Fracta ſunt in tua firmitate non parum quidem cornua horum taurorum: Hoc enim in te egit Dominus, ut tyrannis Sophiſtarum aliquando & tardius & mitius diſceret veris theologiæ ſtudiis reſiſtere, ac reſpirare inciperet Germania, Scripturarum doctrinâ tot eheu annorum ſeculis non tam oppreſſâ quàm extinctâ. Non erant hæc initia danda per homines parva gratia; ſed ſicut Chriſtum, [ſit venia comparationi] omnium maximum montem Deus contrivit uſque in pulverem mortis, Verum ex iſto pulvere poſtea excreverunt tot magni montes; ita tu parum attuliſſes fructus, niſi mortificatus in pulverem fuiſſes reductus. Unde nunc tot ſurgunt proceres ſacrarum literarum, Et exaudita eſt oratio

truve
anum
, ita
statis-
leban-
ecum
Eram
ntis-
nula-
istius
niam,
longe
ibus,
re a-
onde-
ve af-
il pos-
itate
Ioc e-
rum
veris
inci-
i tot
ressâ
a per
it ve-
Deus
c isto
a tu
ulve-
gunt
a est
atio



Martinus Luthers. ÆTATIS
SUE 29. ANNO CHRISTI 1512.



1596



orati
mine
fidele
fueru
minu
milia
rum,
est fa
tisoru
moui
Mela
quod
& an
fidem
tum
go in
nimu
ris pr
cept
alter
XV.
V
sere
pha
tatis
P
man
dies
In
A.



oratio gementis Ecclesiæ: Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, diminuti sunt fideles de filiis hominum: Quoniam exaltati fuerunt ad altitudines Dei vilissimi filiorum hominum. *Sed ecce ego nonne impudens, qui tam familiariter sine proœmio honoris tecum loquar? Verum, facit hoc animus in te officiosissimus, qui & tibi est familiarissimus, tum memoria tui, tum librorum tuorum meditatione. Accedit ad hoc, quod & permovit ut tandem scriberem, quia Philippus noster Melancthon, homo admirabilis, imo penes nihil habens quod non supra hominem sit, familiarissimus tamen & amicissimus mihi, omnino exegit has literas ad te, fidem jubens, certissime te non agre laturum, sed gratum habiturum, quicquid ad te ineptirem. Huic ego imputes velim, si quid imputare velis, nisi quod animum meum erga te non nisi candidissimum his literis protestari volui. Vale & gaude in Domino, Præceptor vere mihi venerabilis. Wittembergæ altera die Lucie, A. MDXIX. A. MDCCXII. d. XV. Nov. Jubilæo Reuchlini.*

Virtutis interpres. A. MDXII. Lutheri frons serena: Effigie antiqua, in Bibliotheca Rudolphæa, hac inscriptione: *Martinus Lutherus ætatis suæ XXIX. Anno Christi 1512.*

Primus Lutherus, quo Mœra est mors peramara Facta Scholæ: Virtus reddita, vita, dies. A. MDCCXII. d. XV. Nov. *Jubilæo Lutheri.*

**Inficeti Detrectatores Philologiæ.
A. MDXII. Sophistæ, Hostes Reuchlini,
rudes & impoliti.**

RU.

RUSTICI IN RANAS. Ovid. Metamorph.
l. 6. myth. 4.

1. *Latona Ἀλήθεια*, Veritas, sinceritas, doctrinæ morumque integritas.
2. *Gemelli Latona*: Veritatis divinæ duo Codices, Vetus & Novum Testamentum.
3. *Juno, Latona adversa, qua Latonam errare coegeret per totum orbem*: Superstitio, veritati inimica, ut veritas longis seculis exul nullibi haberet locum, usque ad ætatem Reuchlini, veritatis cupidi.
4. *Delus erratica, quorsum primum Latona confugit, spe quietis, sed frustra*: Monasteria, ubi credidit veritas solidis literis fore locum, sui que studium & cultum. Sed & hinc pulsa, superstitione grassante.
5. *Lycia Chimerifera, quo in fuga delapsa dehinc Latona, spe fixæ sedis, sed vanâ*: Scholæ, Scholasticorum Academiæ, quæ optimarum literarum sedes esse debebant, adeoque & veritatis, pro fundatorum scopo: Sed factæ *Sophistica, meræ Chimera*.
6. *Latona in itinere astu exhausta*: Veritas, nullibi in monasteriis & Academiis admissa, autoritatis impetu pressa.
7. *Gemelli Latona non amplius lac matris reperiebant*: Veteris & N. Testamenti Codices veritatis etiam succum & sanguinem, sensum genuinum & usum dulcissimum, amiserant: Ut nec in Veteri nec N. T. veritas verusve sensus agnoscî possent, cum plane ignoraretur, arte *Sophistica extinctus*: Cum diceret aperte Carol-

ici in zanos.



h.
tri-
Co-
co-
mi-
be-
ta-
on-
re-
ue
fti-
inc
la-
am
ro
ra
al-
o-
ig-
i-
is
in
g-
o-
a-
l-

Rustici in ranas.



1840





rolft
tot a
ptun
8.
enix
Fon
ret,
9
vall
gata
græ
tina
ver
tes
ne
qu
Te
niu
tes
da
ut
lic

ju
bo
ta
ra
v
ca

ri
c



rolstadius, Theologiæ Doctor & Professor, se tot annis theologiam esse professum, nec Scripturam vidisse.

8. *Latona sitivit lympham: Veritas tandem enixe optavit Fontium sacrorum usum: Ut ex Fontibus veritas respiraret, vitam recuperaret, lucemq; & sensum Veteri & N. T. redderet.*

9. *Forte locum mediocris aqua prospexit in imis vallibus: Obvia primùm facta veritati versio vulgata, Scholasticis recepta, vivis ipsis hebraicis & græcis fontibus penitus ignoratis: In qua Latina versione mediocris sensus Scriptura animadversus. Tentarunt boni viri, veritatis amantes, tempore Sophistarum, ex latina illa versione veritatis cognoscere sensum qualemcunque, seposita barbara superstitionum ruditate. Tentarunt Reuchlinus & Erasmus, ut & Ximinius, Hispaniæ Primas, Hebræos & græcos fontes conferre cum vulgata, hanc ex illis emendare, illustrare ac usui restituere, ab A. MDXII. ut veritatis tandem aliquando perciperetur a liquidis gustus.*

10. *Agræstes illic fruticosa legebant vimina, cum juncis, gratamque paludibus ulvam: Sophistæ, bonarum literarum expertes, non nisi Sophismata flectere docti, infrugiferam sententiarum saraginem convehere, glossarum sarcinas, ex vulgata versione rudi arte confectas, compilare, & commentariorum acervos cumulare sœvi.*

11. *Latona in genna procubuit juxta paludem: Veritas ad humaniora studia se convertit, ut propior esset Fontibus sacris intelligendis ac percipiendis.*

dis,

dis, ut de digna bonorum autorum lectione ac interpretatione constaret. Græci & Latini boni autores in pulvere quæstiti, cum labore multo comparati ac fuscitati, Reuchlini operâ primâ.

12. *Latona volas extendit ad lympham captandam*: Veritas adhibuit præsidia historię & geographię veteris, pro Fontibus illustrandis, ac sensu recte capiendo. *Ut hauriret gelidas potura liquoris*: Linguarum studia publice per Reuchlinum commendata, pro veritate refocillanda, resuscitanda, ad communem Fontium sacrorum usum. Veritas Fontibus, Fontibus, imminuit, Reuchlino opitulante!

13. *Rustica turba vetat*: Sophistæ, rudes, inertes, inveci in literas humaniores, fuscitados bonos autores, historię & geographię præsidia, linguarum studia: *Hogostratus* $\mu\iota\sigma\theta\rho\eta\sigma\iota\varsigma$, *Arnoldus Tingeri* $\lambda\upsilon\gamma\acute{\iota}\lambda\omicron\nu\ \lambda\upsilon\gamma\sigma\sigma\ \Phi\epsilon\upsilon\gamma\alpha\upsilon\acute{\alpha}\iota\delta\epsilon\iota\varsigma$, *Ortovinius* *Gratius* $\rho\omicron\mu\Phi\omicron\lambda\upsilon\gamma\eta\sigma\iota\varsigma$, *Pepericornus* $\alpha\mu\eta\pi\eta\rho\ \chi\omicron\iota\acute{\iota}\nu\omicron\nu$: *Ros obscura quidem est ignobilitate virorum, mira tamen*: Obscuri illi viri, *obscurorum Virorum epistolis* mirum in modum celebrati: Inhumani hostes humanissimi Reuchlini, Fontium restauratoris, humaniorum autoris, & linguarum conditoris.

14. *Latona sic affata vetantes*: *Quid prohibetis aquas, usus communis aquarum est*: Veritas per Reuchlinum publicis scriptis conquesta de atrocibus Scholasticorum injuriis in humanitatem, elegantiam, & linguarum puritatem, qui Fontium hebræorum & græcorum lucem fer-

re

re nollent: Demonſtravit Reuchlinus, Hebræos græcosque fontes communia eſſe Eccleſiæ beneficia.

15. *Ardentiſſimam ſitim ſuam teſtata Latona, dicens: Parabam relevare ſitim; Caret os humore loquentis, & fauces arent, vixque eſt via vocis in illis. Hauſtus aquæ mihi nectâr erit: Vitamque fatebor accepiffe, ſimul vitam dederitis in undis: Vehemens & publicum eccleſiæ deſiderium, deſiderium fontium ſacrorum, qui teſti, ignoti, nulli obvii, ad illos cognoſcendos, pro veritate agnoſcenda. Vita in Fontibus. Vita & ſalus reipublicæ & Eccleſiæ in Fontibus.*

16. *Latona, pro aqua hauſtu ſupplicans, gemellos ſuos oſtentavit: Hi quoque vos moveant, qui noſtro brachia tendunt parva ſinu! Et eaſu tendebant brachia nati. Veritas Codices V. & N. T. hebræos & græcos ſupremæ monuit eſſe autoritatis. Reuchlinus illos exhibuit Sophiſtis, relictos, deſertos, abjectos dolens: Utpote majoris dignitatis quàm traditiones omnes: illis codicibus deberi vitam & lucem: Illos anxie expectare & expetere Fontium ſtudium.*

17 *Ruſtici orantem perſtant prohibere, minasque, ni procul abſcedat, convitiisque inſuper addunt: Peſfundare conati Colonienses Sophiſtæ veritatem, omnesque Reuchlini preces pro Philologia, Exegeſi, Linguarumque ſtudio, convitiis onerarunt, cineres minati. Nec ſatis eſt: Iſſis etiam pedibus manibusque Turbavere lacum, imoque è gurgite mollem huc illuc limum ſaltu movere maligno: Moguntiæ, & in aliis Academiis,*
Reuch.

Reuchlinum & illius scripta convitiati turpiter, apud Cæsarem & Pontificem detulerunt, libros combusserunt, fœdosque motus concitarunt, ne veritas ad limpidam admitteretur lympham, Vulgatâ ubique jactitatâ.

18. *Latona, injuriarum pertasa, tollens ad sidera palmas, Æternum stagno, dixit, vivaris in isto: Justam Dei vindictam expetens veritas, æternum Sophistis mancipavit Vulgatæ usum, pro ignorantia suæ dignitate, & limpidi fontis neglectu & contemptu.*

19. *Sic evasere rustici illi Lycii Rana, perpetua paludis progenies: Sophistæ, limpidos Fontes averfati, omnem Scholæ doctrinam ex versione turbulenta adstruere in infinitum perrexere, ex Vulgata allegando, ad Vulgatam ablegando.*

20. *Sed nunc quoque turpes litibus, exercent linguas, pulsoque pudore, Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant: Maledicentissimum genus Sophistarum, Fontium studiis semper detrahens, versiones crepans, & commentarios clamans, βρεχενερεξ Κοαξ νοαξ νοαξ. A MDCCXII. Die XIIIX. Novembr. JUBILÆO REUCHLINI.*

Calumnia, solidæ Exegeteos martyrium. A. 1512. Sophistarum & Scholasticorum contumeliæ in Reuchlinum protomartyrem.

PUER IN STELLIONEM.

Ovid, Metam. l. 5. myth. 10.

Ceres

urpi.
ant;
con-
ere.

dera
Ju-
um
gno-
ectu

etua
s a-
one
re,
do,
lin-
sub
um
per
cla-
XII.
LH-

y-
ti-

eres



Puer in stellionem





CE
g
& vi
univ
quor
cron
tatio
2
Sen
qui
rum
scun
ant
qu
gra
far
ni
Fo
gn
?
om
cu
nu
ni
cu
ru
G
C
c
e
n





CE
ge
& vi
univ
quor
cron
tatio
2
Sen
qui
rum
scun
anti
que
gra
saru
ni
For
gn
3
om
cu
nu
ni
cu
ru
G
C
c
e
n



Ceres, quæ optima frugis usum orbi paravit: Exe-
gesis, quæ vitam, vires & robur, veritatem
& virtutem, Ecclesiæ & reipublicæ, communi
universæ rei, parat; Digna & solida bonorum
quorumcunque autorum, Fontium quoque sa-
crorum, Hebraicorum & græcorum, interpre-
tatio & recensio.

2. *Proserpina, Cereris filia, per Plutonem raptâ:*
Sensus genuinus bonorum veterum autorum,
qui per supinam negligentiam, spissam seculo-
rum barbariem, humaniorum inscitiam, ob-
scuræ Sophisticæ studium, sublatus, ut nullus
antiquorum autorum intelligeretur recte at-
que integre, Fontes quoque sacri Hebræi &
græcisenſu genuino privati, obscurarum glos-
ſarum nebulis tecti, ad umbras rapti, oblivio-
ni mancipati: ut pro bonis autoribus, pro
Fontibus sacris, commentariorum caligo re-
gnaret, traditionum umbra.

3. *Ceres amissam Proserpinam doluit, anxie per
omnes terras omniaque maria quaesivit, undique cir-
cumvagata:* Exeſis verum antiquorum mo-
numentorum sensum per tam longa secula e-
nixe exoptavit, & pertentavit. Omnibus se-
culis suscitati aliqui, quibus genuinam auto-
rum sententiam scrutari animus esset. Inter
Græcos nati *Scholiasta*, inter Latinos *Glossatores*.
Conati passim, in oriente & occidente, dispi-
cere de vero autorum scopo & mente vera.

4. *Ceres duas pinus flammiferas prehendit: Ex-
eſis tandem duo præſidia præstantissima ad-
movit, Historiam & geographiam antiquam, qua-*
rum

rum adjumento veritas aliquando deprehendenda, mente autorum genuina animadverta.

5. *Ceres succendit illas flammis Aina, ut facibus illis uteretur, per noctem proficiscendo: Linguarum & artis dicendi peritiam, ardens studium, excitavit Exegetis, ut ope Historiæ, Geographiæ, & linguarum, velut facibus ardentibus, in obscurissimos autorum veterum recessus liceret penetrare. Ignis & lumen linguæ sunt & sermonis cultus; pix ardens, historia prisca; & ligna altæ pinus, geographia longe diffusa. Nox versiones obscuræ, cum obscurioribus commentariis. Has faces Reuchlinusprehendit & orbi prætulit, ad autorum optimorum, sacrorum & exterorum, sensum genuinum indagandum atque indicandum. In versionibus tunc ahuc quæstia autorum mens, velut in nocte.*

6. *Ceres fessa labore sitim conceperat, oraque nulli colluerant fontes. Longum dignæ Exegeteos studium, per tot barbara secula sensim tractum, in versionibus & commentariis meris derentum, ipsos tandem fontes sitire cœpit: Primi autores, suis linguis loquentes, acciti, suscitati, in sacris & civilibus monumentis, ut fontes doctrina inspicere possent, versionibus sepositis, ut ipsi græci autores confulerentur, ut Moses & prophetæ, cum Apostolis, suo ore loquentes audirentur. Fontes, fontes, hæctenus nulli, in oculis & ore nullius interpretis.*

7. *Ceres dein casam vidit, stramine contectam, parvasque fores pulsavit: Exegetis tandem incidit*

dit sub initium secul XVI in humile, vile, vile,
exile, tenue, spretum *Grammatica studium.*

Reuchlinus A. MDVI, reperit casulam illam,
quando primus omnium christianorum; *Gram-*
maticam & Lexicon lingua hebraica, publicæ de-
dit luci, fato stupendo, monumento æterno.
Justitiæ divinæ rigor in tanto *invento*, orbi u-
niverſo salutarî, non usus operâ Theologi, So-
phistæ Scholastici, quales erant innumeri, sed
Juris Consulti, Jurium doctoris, ejusque digni-
tatis & æstimationis magnæ, qui Comes Pala-
tinus Cæsareus, Imperialis Consiliarius & Sue-
viæ Triumvir. Justum erat, magnum virum
grammaticam balbutiemque hebraicam pro-
mere, ut injustitiam balbutiemque versionum
& commentatorum eliminaret. *Parva fores*,
quas pulsavit in rebus grammaticis Reuchli-
nus, *voces & vocabula parva*, sine quibus nullus
expectandus autorum sensus. Edidit A. MDXII.
in septem Psalmos penitentiales interpretationem de
verbo ad verbum, & super eisdem commentariolum,
ad discendam linguam hebraicam ex Rudimentis.

8. Anus prodit, Cererem videt, gaudet, lympham-
que roganti dulce donat, quod ante coxerat resta suâ,
potentâ mixtâ. Foribus linguarum per Reuch-
linum apertis, remota antiquitas inde prodiit,
ut veneranda pristinarum rerum facies agnoscere-
tur. Placuit gravi antiquitati Exegeleos desi-
derium, quod lympham Fontium quæreret &
expectaret, genuinos doctrinæ fontes & pri-
mas origines attenderet, ardenti siti, animo-
que flagrante. Benigna antiquitas vota Exe-
ge.

gefeus implevit ultra votum & spem: *Dulce dedit, dulcissimam veritatem exhibuit, suavissimam saluberrimamque doctrinam largita est: Polenta quippe lymphâ mixta, virtutis usus veteri doctrinâ comprehensus. Coxerat antiquitas hoc dulce, limpham polentâ diluatam, cibum saluberrimum, veritatem virtuti junctam, testâ suâ, stylo veteri, ab antiquis autoribus usurpato, vase figlino, poetico & oratorio sermonis contextu, multa arte elaborato & solerter composito.*

9. *Bibit Ceres datum illum ac propinatum dulcem potum: Exegesis ex antiquitate hausit veram & salutarem doctrinam, cognito penitus veterum autorum stylo.*

10. *Puer audax & contumeliosus, anicula filius, restitit mox Cereri, risit illam, & insatiabilem clamavit, pro sua procacia & invidia Sophisticatio, quæ antiquitatis speciem prætexeret, ex traditione, quasi proles illius, male interim educata, inducta in Exegesin, à Reuchlino suscitata. Invidiosa ars Sophistica tenuit Exegesin peregrinam, risit illam, & detraxit illi, convitiando, calumniando, novitatem aut peregrinitatem accusando, quæ quanto magis hauriret veteres autores, veterum mentem, dulcem farinam, tanto ardentius cuperet, vulgato alimento seposito, surfuraceo pane misso: Exegesin facere homines antiquæ veritatis insatiabiles, quam quanto agnoscant aut gustent distinctius, tanto cupiant uberius & copiosius, relictis fueris & popularibus. Quæ novitatis inculpato, luculentum antiquissimæ doctrinæ testimonium.*

um. Vetera vera luscitata ex genuinis fontibus, clamare nova, diu non visa & audita, non vulgaria, non plebeja, non trita, est antiquitatem ipsam, veritatem antiquam, primam, genuinam, calumniari, eique puerorum imperitorum more detrahere: Quod est veritatis usum orbi & rei commuxi invidere, putidò sophismate, vetustissimâ veritate invisio novitatis nomine culpata. Hanc Sophisticam Colonienſium expertus Reuchlinus A. MDXII. mense Septembri, quando Arnoldus Tungeri Theologus contumeliosum opus Reuchlino objecit, novitatem accusans.

II Offensa est Ceres: Quare quam nondum pleneberat limpham polenta mixtam, in faciem pueri effudit: Exegeſis, Sophistarum clamoribus & contumeliis offensa, mascule pueris illis respondit, sinceritatem antiquissimæ doctrinæ, in autoribus veteribus commendatæ, testata in faciem illorum & luculenter. Quæ gravis apologia, & justa veritatis necdum satis agnitæ demonstratio, ruborem pueris, calumniatoribus, excussit. Reuchlinus Colonienſibus Sophistis mascule statim respondit, A. MDXIII. mense martio, linguarum studia severe vindicans; Sophismata illis cordate exprobrans, Ortwinum Gratium inter alia suæ artis commonefaciens: Consule, verbero, in gemonias scelas conjiciende, socium criminis & fautorem tuum, Arnoldum Tungeri, quia Sophista est, an possis te aliquo syllogismo in baroco vel baralipton ab expressa heresi explicare.

12. Puer subito factus stellio, Combibit os maculas,
 Fugit animum, latebramque petit, Aptumque colori no-
 men habet: Variis stellatus corpora guttis Vindica-
 vit Deus injurias illas, non solum Reuchlini ca-
 lamo, sed prudentum quorumlibet judicio,
 qui Sophistas illos æterna propudia dicerent,
 dedecora perpetua, infamia monstra, quæ o-
 mnis posteritas abominaretur, ob *stellionatum*,
 artes & dolos deferendi, convitiandi ac calu-
 mniandi. Reuchlinus, in *Defensione sua contra*
calumniatores Colonienfes, hoc Cereris voto Opus
 obfignat: Appellandus igitur esto, me permittente,
 cunctis nationibus & ventura posteritati, delator, imo
 deletor iste meus, deinceps à Calendis Martiis presen-
 tibus, Anni MDXIII. quatuor his insignibus famo-
 sis & gloriosis nominibus, cedro aut buxo incidendis,
 vel marmore, si maluerit, ita: *Tungarus Arnoldus*,
Calumniator Falsarius, per omnia secula seculorum.
 Stellio. A. MDCCXII. d. XXI. Nov. JUBI.
 LÆO REUCHLINI,



Arma Goliati, I. Sam. 17. 5. 6.

Per Davidem giganti, per Reuchlinum
Hochstrato erepta.

Ex epistola ad amicum in Acad. Lips.

A. 1715. d. 1. Maji.

PRO ingenii tui acie & perpolita indu-
stria versas manibus tuis Goliathi כידון;
contemplaris accurate, qui latus Davi-
dis claudis, qui ררר Goliathi victor suis tenet
ulnis. Dignum Philologo spectare arma, qui-
bus utantur, qui veritatem impugnant. Re-
cte judicas, non repetendum esse כידון à כיד
Job XXI, 20. quanquam ita visum fuerit uagno
Bocharto f. 140. Est Jobי כיד חֲדָם לuctus, mole-
stia, erumna, damnum, funus, exequie. כידו חֲדָם
curis. Quod quoad rem non male, expressit
Bochartus, cladem, exitium, contritionem suam, im-
memor interim originis, adeoque plenæ
significationis: secutus Kimchium, aliosque
Judeos, qui reddunt per איר quod est איר
arumna, calamitas, miseria, exilium, infelix
fatum, interitus. Origo vim detegit ple-
nam, & certum reddit interpretem, & pondus
addit versioni. כידו vero referre ad כיד
ad funestam significationem, quod sit armatura
lethalis, nec opus, nec congruum. Quæ gene-
ralis significatio ad omnia pertineret arma, ne-
que determinaret certum genus. Proindè i-
terum bene censes, כידו non esse celum, ut con-
jicit inaclytus Bochartus, ex analogia cum voce
כיד

כִּיד quod *telum* sit *instrumentum leihale*. Tam-
 etfi sono congruant, differunt prorsus כִּיד &
 כִּידוֹן, distinctissimæ voces origine, & sensu.
 Neque opus augurio Bochari, חֶרֶב *gladium esse*
 à חֶרֶב *vastando*: Cum חֶרֶב sit *ἀρπηνensis falca-*
tus, חֶרֶב vero *καρφύνω*, quod idem ac φθείρω
perdo, vasto, & ξηραίνω Unde *κάρφω & καρφύνω*,
sicco, exsicco, perdo, vasto, fecerunt חֶרֶב *exsicca-*
re, vastare; & *κάρφομαι, καρφύνομαι* dederunt
 חֶרֶב *siccatum & vastatum esse*. Neque חֶרֶב *Sagitta*
 est à חֶרֶב *scindere*, quod est *διχάζειν* *dividere,*
discoindere, Rabbiniis familiare. Unde חֶרֶב
διχάζων *discoornens, distinguens*. Sed חֶרֶב est *τοξέω*,
 ut חֶרֶב *jaculari, est τοξεύειν*. Neque quid in-
 concinnius, quam à *radice, à radice*, ob meram
 literarum similitudinem. Origo vel radix in
 singulis fermè alia, pro vocum significatione
 discrepante. חֶרֶב *lapillus est λίθξ; חֶרֶב te-*
gere, operire, obturare, est σέγειν. חֶרֶב, חֶרֶב,
 חֶרֶב *discrimen, dijudicatio est Διάκρισις;*
 חֶרֶב *securis est αξίνη: חֶרֶב tibia est σ-*
ειγξ. Quomodo comparata omnia. Neque ad-
 eo & Bochari מַחֵר *ballista est à מחה* *delere, abster-*
gere, quod est σμύχω; sed plenum מַחֵר *קרב*
 est *καταπέλτη, Catapulta, aut, si quis malit se-*
junctas voces μηχανή καταπέλτης, καταπέλιχη.
 Neque חֶרֶב *telum est ab Arabum פגג* *confrin-*
gere, quod est διστοχίζειν; sed est τοξευμα. Condo-
 nandum illi ætati & viris magnis, quod per nu-
 bes & opacas noctes illorum temporum non
 datum fuerit pervidere, quod sereniorem po-
 stulabat aërem. Tute proximi^o paulo appropin-
 quas

in rugas & sinu contracto. πτώξ, πτώξις, plicatio, plicatura. Quod scitè de plicis aut squamis armorum, πτώξις ἰώεου, sunt Squamae, alia aliis incumbentes. Et in scutis πτώξες sunt coria coriis multipliciter imposita. Pro qua analogia, veteribus & nummus, obolus, denarius audit πτωπρ aut πτωπρ πτώξ, πτώξις, Squama, lamella. Quod vero alias πτωπρ & pro agno incidat, est κτήν, agnus.

Πημ est κνημῖς, πεκνημῖς, tibiale, ocrea. A κνήμη tibia, crus, sura. Non profectò à Πσμ fronte, cui nihil commercii cum tibiis neque cum tibialibus. Est autem Πσμ ζύγωμα, quod Anatomicis os jugale in fronte, jugamentum; os ex duabus apophysibus (unà ossis temporalis, altera ossis parvulum oculi angulum constituentis) inter oculum & aurem coeuntibus, conglutinatum: à ζευγνώ, jungo.

Πρρ est τύκ, τύχ, bipennis, securis biceps, armaturæ militaris genus antiquum, acie utrinque fulgens, quod manibus prehensum ad ferendum & secandum, quidquid obvium, promptum & paratum. Excelluit hæc armorum species in Palestina, locupletissimo teste Herodoto L. VII. c. 89. f. 412. οὗτοι δὲ εἶχον περὶ μὲν τῆσι κερφαλήσι κρένεα χηλευτά, ἀσπίδας δὲ κοίλας, τὰς εἶτος μεγάλας ἐχθροῖς, καὶ δόρυτα τὴ ναύμαχα, καὶ ἰσχυρὰ μεγάλας. Τὸ δὲ πλεῖστον αὐτῶν ἰσχυρὰ κοφόρρι ἦσαν, μαχαίρας δὲ μεγάλας εἶχον. Palestini circa capita cassides forcipiculatas gerebant, convexa autem scuta, magnis umbonibus prædita, ac grandia pila nautica, & grandes bipennes. Eorum

rum turba thoraces gerebat ac magnas macheras.
 Qui τύχοι bipennes ab ancipiti acie dicti, nomen
 habent à δίχα bipertito, δίχῃ dupliciter, bifariam,
 δίχῃς, δίχῃδι☉, duplex. Quæ origo & ful-
 gidam bipennis aciem, quæ & Hellebarde,
 Helleparte occidenti militi nota & curiis fami-
 liaris, oculis & sensibus offert. Quem bipennem
 humeris suspendit Goliathus, armatus totus, כַּתְּמֵי
 בְּרָאָה אֶפְרַיִם מֵעַל הַיָּדַיִם, ἑπὶ τῶν ὤμων
 αὐτοῦ, juxta scapulas, humeros, dorsum. De hu-
 meris suspendere arma, enses quoque ipsos
 solenne fuisse, præterquam quod indobium, ex
 abundantia demonstravit abundè Bacharius f. 138.
 Arabibus quoque eodem nomine venit bipen-
 nis, quo Hebræis, chadaa, securis biceps, bi-
 pennis, sarculum, juxta Golium f. 583. chadaa ve-
 ro Arabum & chidon Hebræorum, & ἰού☉,
 ἰού☉, Græcorum, eadem, etsi Golius non me-
 minerit, qui sodiando & findendo, non invenit.
 Hunc bipennem, cum ense & hasta, magno &
 acutiore mulro spiritu exprobravit David Go-
 liato grandi apparatu prodeunti, 1. Sam. XVII,
 45. Tu venis ad me cum ense, cum hasta, כַּתְּמֵי
 נֶחַשׁ וְעִלְיֹן וְעִלְיֹן, & cum bipenni: sed me nen feries,
 nec ense, nec hasta, nec bipenni. In manu Josuæ,
 ducis belli, urbem Ai expugnantis in Palæ-
 stina, כַּתְּמֵי תֹּחַלֵּת bipennis. Jos. 8. 18. Quem
 bipennem pro militari simbolo contrà ur-
 bem expugnandam extendit & extulit. De
 expeditionis exitu sollicitus, non ante desti-
 tit bipennem cum manu atollere pro Symbolo
 excisionis, quam res confecta, urbe prostrata
 Jos.

Jof XIV, 26. Jeremias Cap VII, 23, vindicat hosti-
bus וכידון תשק τοξον ηγὶ τύκον, arcum & bipen-
nem. Conf. Cap 50, 42. Job. 41, 21.

ידון תשק תשק סκώπτει, ἐκμουκτερέ-
ζει, τὴν ἄρμαξιν τὸν ξιδet motum bipennis, dum
manibus ad ferendum agitatur.

תַּחֲנִיתִי est λόγχη, lancea, hasta. Non ἀκνη
castra metari, quod σκηνώω, σκηνώω, σκηνώω tento-
rium figo, tabernaculum pono, σκηνοπηγέω. Sed ἀ-
λαγγάνω. תַּחֲנִיתִי קַח לֹנֶטָה לֹגְחָה אִתִּי:
contus, pertica lignea, hastile hasta ejus.

תַּחֲנִיתִי לְהַכֹּת אִתִּי הַלֹּגְחָה אִתִּי, fulgor.
micro lancea illius.

תַּחֲנִיתִי est σκεπή, Clypeus, umbo, ἀ σκεπή cingo.
תַּחֲנִיתִי esse ἄρπην ensē falcatum, jam ante
dictum.

Hæc terribilia Goliathi arma, quæ inermis
risit David, divina virtute abundè munitus, a-
nimi præsentia cinctus. Tu, inquit cap. XVII, 24.
בְּחַרְבִּי בָא אֵלַי כְּהַרְבֵּי תֵּי אֲרָמִים מְלִיטֵי מִלְחָמָה
: וכידון με ἐφ ἄρπης, ἑπὶ λόγχης κὶ ἑπὶ τύκῃ:
Tu venis ad me cum euse, cum lancea & bipenni:
Ego accedo ad te in nomine Dei. Tute me non
tanges, tu vero rues. A Jobo denique com-
mendatur in bipenni fulgor, Cap XXXIX, 23.
תַּחֲנִיתִי לְהַכֹּת אִתִּי הַלֹּגְחָה אִתִּי הַלֹּגְחָה אִתִּי, Splen-
dor lanceæ & bipennis.

Reuh-



Reuchlinus lætus nuncius. Es. 52, 7.

Ex epist. ad amicum in Acad. Jen.

A. 1715 d. 27 Maji.

מבשר טוב, πρεσβέων ευθωία και ευδαιμο-
 νία, nuncius prosperitatis ac beatitudinis. בִּשְׂרָה,
 nunciare, annunciare, est πρεσβέειν. Πρεσβέειν
 nunciare quid, nuncium esse de re aliqua missum;
 à πρέσβυς, legatus, nuncius. Eusebius l. 4. c. 11.
 πρεσβέειν ἢ θεῖον λόγον, predicare verbum Dei.
 πρεσβέομαι, legatus mittor, nuncior; πεπρεσβευ-
 μένα, quæ in legatione sunt tractata & confecta.
 πρεσβευτής legatus, nuncius, orator. Est & בִּשְׂרָה
 exhilarare, ωρραΐζειν, serenum & lætum reddere. ω
 ut o, græcorum, in oriente pronunciatum sæ-
 pe ut w, expressum per כ פ ר

Jer. 20, 15. אשר כשר את אבי וסוף ωρραΐσθαι

ἢ πατέρα μὲν, qui exhilaravit patrem meum
 2 Sam. 20, 18. כשרת ביום אחר πρεσβέου-
 στον ἐφ' ἡμέρα ὑσεραία, nuncium age, nuncia, alio
 die.

Pl. 40, 10. בשרתי צדק בקהל רב πρεσβέω
 δικαιουσίνην ἐπὶ Ἐκκλησίᾳ πρῆσθη, predico justiti-
 am in cœtu magno.

2. Sam. 18. 26. גם זה מבשר και μὴν εἶπῃ
 πρεσβέων, πρεσβευτής, & hic nuncius
 Es. 41, 27. לירושלים מבשר אתן τοῖς ἰερροσλύ-
 μοις πρεσβέουσα, πρεσβευτή, ἀναδώσω, Hieroso-
 lymis oratorem dabo.

Es. 52, 7. מה נאוו על החריים רגלי מבשר
 משמיע שלום מבשר טוב משמיע ישועה
 : אומר לציון מלך אלהך; ὡς μὲν φασίνοις ὑπὲρ
 τῆς

τῶν ὀρέων ἀσεργάλοι πρεσβεύοντες, Φημίζοντες
 πλησμονῶ; πρεσβεύοντες εὐδαμονίαν, Φημίζοντες
 σωτηρίαν; μαρτυροῦντες τῇ σοῶ, γνωμο-
 λογοῖ ὁ τῶν Μεγαλείων Cg. *Quam pulcri sunt su-
 per montibus pedes nunciantis, indicantis abun-
 dantiam boni? Nunciantis prosperitatem, pradicant-
 tis salutem? Dicentis Zioni: Regnat dominus tuus*
 Nah 2, 1.

1. Sam. 4, 17. *ויאמר ויען ἀπήντησε ὁ
 πρεσβεύων καὶ ἐμαρτύρησε: Respondit nuncius &
 dixit.*

2. Sam. 4, 10 *הוא היה כמבשר בעיניו
 τὸς ἦν ὡς ὠραζεν ὅτι ταῖς γλήνας αὐτῶ, ille erat
 velut latus nuncius in oculis suis, confusus se
 nunciare grata.*

Es. 40, 9. *מבשרת ציון πρεσβεύουσα Σῶα, nun-
 cia Zion.*

Pl. 68, 12. *אדנייתן אומר המבשרות צבא רב
 ὁ δυνασης ἀναδώσει μαρτυρίαν, τὰς πρεσβεύουσαι,
 στρατευματι, ὡς ἰσῶ. Dominus dabit verbum, an-
 nunciante agmine ingenti:*

1. Sam. 31, 9 *לבשר ברת עצניהם ואת העם
 πρὸς τὸ ὠραζεν τόπον τῶν ἀπειρασμάτων αὐ-
 τῶν καὶ τὸ δῆμον αὐτῶν, ad exhilarandum fanum i-
 dolorum & populum.*

Es. 61, 1 *לבשר עניים שלהני πρὸς τὸ ὠραί-
 ζεν τὰς πένητας ἐξ ἀπέσειλε με, ad exhilarandum
 pauperes, misit me.*

Pl. 96, 2 *בשרו מיום ליום ישועתו πρὸς
 βέετε ἀφ' ἡμέρας εἰς ἡμέραν σωτηρίαν αὐτῶ.
 Nunciate de die in diem salutem ejus.*

2, Sam,

2. Sam. 18, 19. **אֲבִישׁ אֶתְּךָ הַיּוֹם** ἀράϊσταιμι αὐτὸν
 ἡνωμολόγον, *exhilaraverim regem.*

2. Sam. 15, 21. **לֹא תִבְשֵׁר הַיּוֹם** τῆ ἡμέ-
 ρα τούτῃ ἔδόλωσ πρεσβεύσας, *hoc die non
 nunciaveris.*

1. Reg. 1, 42. **אִישׁ חַיִּל אַתָּה וְיֹנֵב תִּבְשֵׁר**
 ἀγλῶ ἀχολίας ἴννη, καὶ ἐυθλίωσ πρεσβεύσεις,
vir strenuus tu, qui bonum nunciabis.

2. Sam. 1, 20. **לֹא תִבְשֵׁר בְּחֻצוֹתַי** πώ-
 μαλα πρεσβεύετε ὅτι ἔξω, *ne nunciare in pla-
 teis.*

Est. 60, 6. **תְּהַלִּינָה יְהוָה יִבְשֵׁרוּ** εὐ-
 λογίας τῆ ὑπαρχοντῶ πρεσεύσας, *laudes dei
 nunciabunt.*

2. Sam. 18, 31. **יִבְשֵׁר אֲדָנָי הַיּוֹם** ἀράϊζεσθω
 ὁ δυνάστης ἡνωμολόγος *exhilararetur dominus rex*
בְּשׂוֹרָה *nunciatum, est πρέσβεία, πρέσβευσις,*
בְּשׂוֹרָה *præmium, est πρέσβευμα, legatio, nunci-*
um πρεσεύειον, honorarium **בְּשׂוֹרָה** *lætum nunci-*
cium est ἀράϊσμη, frons serena, qualis ex læ-
to nuncio.

2. Sam. 18, 20. **לֹא אִישׁ בְּשׂוֹרָה אַתָּה הַיּוֹם הַזֶּה**
 μηδολως ἄρσην ἄραϊσμη ἴννη τῆ ἡμέρα τούτῃ,
non eris lætus nuncius hodie.

2. Sam. 4, 10. **אֲשֶׁר לָתַתִּי לְךָ בְּשׂוֹרָה** ὡσπερ
 δῶναυ με αὐτῷ πρέσβευμα, *ut darem illi præmium.*

2. Sam. 18, 22. **אֵין אֲנִי בְּשׂוֹרָה מִצָּדֶיךָ**
 οὐκ ἂν πρεβευμα κομιθῆν, *tibi non erit præmium
 paratum.*

2. Sam. 18, 25. **אִם לִבְרֹךְ בְּשׂוֹרָה כִּפְרוּ** εἰ μὲν οὐκ
 ἀλλ' οὐκ ἔστι πλὴν αὐτῶ, πρεσεβεία ὅτι ἴδω πύγμα-
 τῶ αὐτῶ, *si solus, nunciatum est in ore ejus.*

2. Sam.

2.Sam.18, 27. איש טוב זה ואל כשרה טובה.
 אִישׁ טוֹב זֶה וְאֵל כְּשָׁרָה טוֹבָה
 ἄριστον ἐν τῷ τῶσδε (⊙), καὶ πρὸς πρῆσβείαν
 εὐθείαν Φοιτῆσαι, vir bonus est, ⊙ ad nuncium
 bonum veniet.

2. Reg. 7, 9. היום הזה יום בשורה הוא
 הַיּוֹם הַזֶּה יוֹם בְּשׂוּרָה הוּא
 ἡ ἡμέρα τῆσδε ἡμέρα ἀγαθῆς εἰρήνης, hic dies est
 dies nuncii laeti.

Chaldæorum בְּסָר idem esse ac hebræorum
 בְּשָׂר, adeoque utrumque esse πρῆσβείαν, pa-
 lam. Pariter & כְּסוּרָה πρῆσβεία nuntium, &
 πρῆσβευμα, premium.

Quod sono affine in Chaldæorum ore, בְּסָר
 spernere, est ἀποτροπιάζειν, averfari, abominari.
 Unde & latinorum spernere.

בְּסִיר, בְּסִיר spectus, contemptus, est ἀπότροπ⊙
 quem averfantur alii, abominabilis.

בְּסִירָתָא, בְּסִירָתָא, contemptus, de-
 spectio, est ἀποτροπιτισμός, averfatio.

מְבַסְרָנָא contemptor, est ἀποτροπιαζόμενος⊙,
 continens, despiciens.

Et hæc, confido, non despicias, Vir huma-
 nissime.

Figuræ sunt XIII.




tis
o-
ar
m
n-
æ-
it,
si
h
o
d
p
f
m
h
h
m
v
m
m
m
g
c
v
t
s
t
h
h
p
p



Gl 1277

S



Farbkarte #13

B.I.G.

^{3.}
**JUBILÆUM
EUCHLINI
SYMBOLICUM**

in memoriam Anni MDXII.
cis ante geminum seculum ortæ,
nitatis primùm fuscitatæ, veritatis sero
nifestatæ, & virtutis tandem auctæ
justum honorem,

celebratum

ACADEMIA JULIA
MDCCXII. Mense Octobri & Nov.

Resuscitatum

A. MDCCXV. mense Octobri
cum figuris
ab

ERMANNNO von der *H*ardt /
ACADEMIÆ IULIÆ
RORECTORE ET PRÆPO-
SITO MARIÆB.

HELMSTADII,

Typis SALOM. SCHNORRII.

A. MDCCXV.

961271-6